

S P D.

Perueniunde mihi fuerunt, et theses, et littera tuae carissime
 Johannes, quibus animum tuum erga me satis, superq; declarasti
 omniaq; amoris, et benevolentiae officia ob propinquitatem
 et consanguinitatem, qua deincti sumus detulisti: Quod
 autem mutationem triuialis scholae (ut uocant) non
 approbes, assentior tibi, est enim cum magna difficultate
 conuincere sum, ciuim liberos, domi quasi in gremio parentum
 ita institueret ut laudem inde consequi, et hospites
 amicos, et beneuolos retinere possimus. Tanta n. est
 iuueni in pectore ferocitas hac tempestate, ut uix
 reos, imo ut parentum etiam admonitionibus nullum
 relinquunt locum, quod per sexennium interuallum satis
 expertus sum. Maiores in uotis optatisq; quotidie
 habent liberorum pietatem, et in artibus liberalibus
 eruditionem laudabilem: informandos igitur, et erudiendos
 alijs tradunt, et preceptorum institutionibus, et disciplinis
 optimis committunt, et subiiciunt. Si uero corrigantur
 et aliquantulum ueritantur, aere ferunt, et acerrime
 inuehantur in paedagogos. Clamitantes cum Terentiano
 uitione: Pudore, et liberalitate liberos retinere
 satius ee credo, quam metu. Sic prohi dolor filios
 perdunt suos, unde optimorum ingeniorum, insolentia,
 inobedientia, impietas, et inuoluntudo erga Deum
 et parentes, et eiusmodi flagitia plura existunt
 ut vulgare, et tritum sermone prouerbium monet.
 Patris lenitas praua: item blanda patrum seues
 facit indulgentia natos, cuius rei memoria diuicem
 legimus exemplum lib: 5 Regum capite 2 de
 impietate filiorum Eli: Tale etiam apud Liuium

de Tullia Tarquinii coniuge, quae per cadaver
interfecti patris carpentum egit, habemus. Quid
de Absalone, et Tibero Imperatore literis pro-
ditum sit, tibi cognitum, et perspectum eo
puto, itaque multis plura scribere hac de re non
est opus; Scias autem hoc omnibus expectandum
esse qui liberos corrigi non sinunt: mihi vero, et alijs
quibus a Deo optimo, maximo, et parentibus etiam
sunt commissi id potissimum incumbit, ut illos, et
hortari, et monere, nunquam desinamus, quod sane multum
secum trahit molestias, quibus super sedere maluissent
si huic rei aliud remedium inveniri potuisset,
rectissime igitur sunt ferenda iuxta Horatiam
illud. Multa tulit fecitque puer sudavit, et absit.
Item Quid: Perfer, et obdura, dolor hic tibi pro-
derit olim. Ne autem expectationem tuam
diutius tenere videar quam par est, proponam
tibi quaestionem de origine animae spinosissimam.
Quaero igitur an animam oriri ex traduce, an novam
creari & natam: Si novae formati corporibus
immittuntur, tum sunt creaturae aut bonae, aut male.
Creantur male: Deus est causa peccati: Si
creantur bonae, et postea a diabolo ^{corpore} contaminantur
et depravantur: similiter hoc absurdum est. Quia
anima nullo contractu physico coniuncta sunt corpori
sed tantum virtuali: Quod vero a diabolo contami-
nantur itidem falsum est, Quia Deus esset inimicus
si sineret diabolum grassari in animas pias, et bonas.
Haec ad te scribere volui peto ut mihi quam primum
respondeas. Data Lubeca 15 calend. Maii.

Jacobus Lillibranchius Brun-